



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Capvt LXII. Sicvt Medicvs Diversis Ægrotis diuersa adhibet medicamenta,
ita & faciendum animarum medicis Antistitibus, Confessariis,
Concionatoribus ac Pastoribus, de quibus hactenus multa nobis fuit ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

& proiecisti sermones meos retrorsum: si videbas surē, currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas: Os tuum abundavit malitia: & lingua tua concinnabat dolos: quales declamatores & ipse detestatur Seneca epistola 109. Nullos, ait, peius mereri de omnibus mortalibus iudico, quam qui aliter viuunt, quam viuendum esse precipiunt; exempla enim inutilis disciplina circumferunt. Imitentur ergo diuinum exemplum in seruatore nostro, qui prius cepit facere, deinde docere. Actorum 1. v. 1.

§. Fugiant nimium ornatum, & operosam humani laboris industriam in verbis & sententiis, nam vt ait Demonax, Sicut Philosophum decet vestis abiectior, ita decet vt oratio sit in affectata, & spiritu Apostolico vim nō ponant in persuasibilibus humana sapientia verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis. Neque aures audientium blando itudeant sono permulcere, sed cor perant & monentem Isaiam audiant. Loquimini ad cor Ierusalem. 64. 40. v. 2.

§. Absoluta concione quidquid effectum est, Deo tribuent, & si qua in re ipsi obstiterint diuinæ virtuti, & errauerint, supplices veniam petent.

CAPVT LXII.

SICVT MEDICVS DIVERSIS AEGROTIS diuersa adhibet medicamenta, ita & faciendum animarum medicis Antistitibus, Confessariis, Concionatoribus ac Pastoribus, de quibus hactenus multa nobis fuit dissertatio.

DOCEt id præclare Theologus S. Gregor. Nazianz. ^{Qui spirita-} li & corpora-
Apolog. 1. Quod ad vtriusque medicine, ait, corporalis li medico pro
scilicet & spiritalis fines attinet, illa nihil aliud spectat, quam positis finis.
vt sanitatem bonamq; carnis valetudinem vel presentem tuea-
tur, vel absentem reuocet: quorum vtrumque incertum est, iis-

Bbb § ne vti-

ne vilitati futurum sit, qui ea consecuti fuerint, (quippe res contraria maiorem plerumq; dominis suis vilitatem afferant) quemadmodum opes & paupertas, gloria & ignominia, splendor & abiectio, ceteraq; alia, quae suapte natura in media posita, nihiloq; magis in hanc quam in illam partem propendunt, ex dominorum vsu animiq; sententia vel virtutis, vel in nomen accipiunt. Huic contra scopus est animo pennas aptare, umq; a mudo abreptum Deo offerre, diuinamq; imaginis dignitatem vel integram atq; incolumem conseruare, vel periclitantem fulcire, vel dilapsam pristino splendore restituere. Christumq; Spiritum s. in pectoris domicilium admittere, eiq; deniq; in

*Quo Christiana religio
nis mysteria
insendant.*

summa dicam, qui superno ordini sese adiunxerit, diuinam supernamq; beatitudinem asserre. Huc magistra lex tendit: inter Christum & legem interiecti prophetae: huc spiritus aliterq; absolutor & finis Christus: huc inanita diuinitas: huc assumptio caro: huc noua illa Dei hominisq; cōmixtio, vnum ex vtroq; per vtrumq; per vñ. Ob hanc causam Deus intermedia animam ni iunctus est, ac res inter se remota distractaq; per intermedium rei ad vtrāq; earum affinitatem & cognitionem inter se cōnectae sunt, atq; oīa salutis oīm causa, & vno illo generis nobilitate in vnum coierunt, aīa nimirum propter eam, quae praecipuo diuino minime paruit, caro propter eam, quae aīa cupiditate secuta est, simulq; cōdemnata, Christus deniq; sublimior a peccantior, quā vt intra peccandi aleam esset, propter Adamum peccatum collapsum. Ac nos huius medicinae ministri operam participes sumus, quicunq; superior loco sedemus: quibus aīa magna laudi ducendum est, propria vitia morbosq; perspicere, iisq; mederi (quanquam nondum id magnum censeri debet, per multorum huius ordinis hominum improbitate hanc orationem expresit) multo tamen excellentius est aliorum morbos curare posse, sciteq; per purgare, atq; vt vtrūq; conuulsius est, nempe & iis qui curatione indigent, & iis quibus peccandi scientiam profitentur. Nobis itaq; quibus periclitatur

*Non corporis
sed animae
luc. agitur*

salus, quae beata est & immortalis, immortalibusq; vel peccatis, vel laudibus prout vel vitium, vel virtutem coluerit, afficienda, quantum tandem certaminis propositum esse, quantaq; at

opus esse existimādum est, ut aliis aut nobis rectè medeamur, vi-
tamq; in melius immutemus, terramq; spiritui addicamus? Nō
n. eadem rationes nec iudem animorum impetus sunt maris & ^{Ingeniorum}
famina, senectutis & adolescentia, diuitiarum & paupertatis, ^{Affectuum}
hilaris exporrectiq; animi & mœrore afflicti, sani & egrotatis, ^{disimilitudo}
principum & subditorum, eruditorum & indoctorū, audacium
& meticuloſorum, mansuetorum & iracundorum, munere suo
præclare ſurgentium & proludentium. Quod ſi accuratius adhuc
rem expendas, quantum interuallum inter coniugatos & celibes
interiectum reperies? in iis rursus qui calibatum amplectuntur,
quantum inter ſolitudinis alūnos, & eos qui ſocietate aliorumq;
conſortio gaudent, discriminis erit, quantum inter virtute ſpe-
ctatiſſimos aliusq; contemplatione aſſurgentes, & eos qui recto
duntaxat itinere progrediuntur? quantum rursus inter vrbiſcos &
ruſticos, inter ſimplices apertosq; & verſutiores, inter eos qui in
reb. gerendis verſantur, & quietis amātes, inter eos qui ab aduer-
ſa rerū mutatione vulnus acceperunt, & eos qui proſpero curſu
feruntur, nec duriore vnquā fortuna conſtitati ſunt? Horum n.
vniq; cupiditatib. nōnunquam animiq; impetu magis inter
ſe differant, quā corporum figuris & lineamentis, aut ſi mauis,
elementorum, ex quib. conſtamus, mixturis & temperamentis:
ac proinde nec facile regi gubernariq; poſſunt. Verum quemad-
modum non eadem medicamēta, nec eadē alimenta corporib. o-
mnib. offeruntur, ſed alia aliis, habita videlic. vel ſanitatiseorum ſimile.
vel aduerſa valetudinis ratione: eodem quoq; modo anima diuer-
ſa ratione diſciplinaq; curantur. Ii porro curationis teſtes ſunt,
qui morbis huiusmodi vexantur. Alios mouet oratio: alii anti-
ſtitis exemplo componuntur: alii calcaribus opus habent, alii fre-
no. Nam qui lente & ſegniter ad virtutem mouentur, hi verbo-
rum ſtimulis excitandi ſunt: qui vero ſpiritu plus quā par ſit, in-
caleſcunt, ac præcipiti animorum impetu feruntur, velut equuli
generoſi procul à meta curſitantes, hos utiq; orationis freno co-
ercere, ac velut obſtricto collo retardare præſtiterit. Aliis laus
prodeſt, aliis reprehenſio, modo vtraque tempeſtiuè adhibeatur:
nam intempeſtiuè & ſtultè adhibita nocumentum attulerit.

Alios

Perpulchriū
ſimile.Spiritalis
medi in a
uarietas.

Alios cohortatio ad officium ducit, alios obiurgatio, atque haec
 rursus alios, si palam arguantur. Alios, si remota arbitrio inueni-
 pentur. Sunt enim, qui nihil curent priuatas castigationes, pu-
 blica autem reprehensione emendentur: Sunt rursus, qui li-
 tius reprehensi pudorem omnem abstergant, contraque priuatis
 castigationibus meliores fiant, usque quos vicem suam dolere po-
 spiciunt, hoc vuneris vicissim rependant, ut eorum admoni-
 tionibus pareant. Quidam ita studiosè accurateque obseruati sunt
 ut ne minima quidam & leuissima eorum dissimulentur erro-
 ra, nimirum qui eo quod peccata sua nemini cognita fore putant
 (quandoquidem id moluntur) prudentis calliditatem, laudem
 sibi insolenter arrogant: Contra in alijs ad nonnulla commissa
 satius fuerit (ita ut videntes non videamus, & audientes non au-
 diamus, quemadmodum dici solet) ne alioqui ipsi nimium
 bris obiurgationum aculeis confixi & obruti ad desperationem
 incitentur, tandemque proieceto pudore quod ad inflectendos, al-
 tiendosque homines mirè efficax medicamentum est, ad quod
 nefas perpetrandum audaciores reddantur. Quin etiam cum
 nonnullis ita agendum est, ut irati hominis ac contumaciam
 de salute eorum desperantis speciem pre te seras, cum tamen
 uera nec ipsis irascaris, nec eos contemas, aut pro perditis ac de-
 ratas habearis, quorum videlicet natura id requirit: alii rursus
 lenitate & humilitate curandi, coniunctaque animi alacritate
 & promptitudine ad meliorem spem reuocandi. Alios vince-
 alijs cedere plerumque, utilius fuerit. Aliorum item opes & pri-
 uatiam, aliorum egestatem, calamitatemque vel laudare, vel lau-
 crari: neque enim quemadmodum in virtute & vitio ita uerum
 habere videmus, ut illa praeclarissima semper, omnibusque maxi-
 me fructuosa, hoc contra turpissimum, perniciosissimumque, si
 eodem modo medicina quoque nostra ea est ratio, ut vnum idem-
 que medicamentum isdem semper vel saluberrimum sit, vel pe-
 riculosissimum: V. g. acerbitas aut clementia, singulaque ex his
 quae proximè à nobis enumerata sunt. Verum alijs hoc medi-
 cine genus bonum atque utile fuerit: alijs contraria medendi ratio
 conduxerit, prout, opinor, vel res, vel occasio tulerit, vel agri-
 tantum

*Vigilanti ster-
 zore naso.*

*Desperatio
 periculosa.*

tantum mores deniq; admiserint. Quae quidem ratione omnia
distingueret, atq; ita exactè perspicere, vt tota medendratio in
summam colligatur, impossibile est, quantacumq; cura & dili-
gentia ingeniq; sagacitate polleat: in rebus tamen ipsis & ex-
perimentis ea curatrici rationi & medico perspicua sunt. In
vniuersum autem illud apud nos liquido constat, quod quemad-
modum in sublimi & pèdulo fune gradientibus hac vel illac de-
flectere minimè tutum est, nec quamlibet parua inclinatio par-
uum periculum affert, verum eorum salus ac securitas in equi-
librio posita est: ad eundem quoq; modum vitamuis in partem
quispiam siue ob vitium, siue ob imperitiam propendeat, haud
leue periculum tum ipsi, tum subditis imminet, ne in peccatum
prolabantur. Quocirca via proculdubio regia ipsis magna cum
circumspectione incedendum est, nec vel ad dextram, vel ad si-
nistram, vt est in proverbiis cap. 4. versic. 27. declinandum. Ac
talis morborum nostrorum natura est, tantusq; bono pastori la-
bor incumbit, qui gregis animas probe cognitas perspectasq; ha-
biturus est, eiq; iuxta pastoralis artis leges praeiturus, duntaxat
rectè & iuste ac verò pastore nostro digna.

§. Exemplo est S. Paulus 1. Corinth. 9. vers. 19. 20. 21. 22. Nam cum liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci:
vt plures lucrificarem. Et factus sum Iudaeis tanquam Iudaeus:
vt Iudaeos lucrarer, iis qui sub lege sunt: quasi sub lege esse (cum
ipse non essem sub lege) vt eos qui sub lege erant, lucrificarem, iis
qui sine lege erant, tanquam sine lege essem (cum sine lege Dei
non essem: sed in lege essem CHRISTI) vt lucrificarem eos,
qui sine lege erant. Factus sum infirmis infirmus: vt in-
firmos lucrificarem. Omnibus omnia factus sum: vt omnes
facerem saluos.

§. Quomodo autem id egerit Apostolus, exponit optimus
eius interpret Diuus Augustinus epistola 19. ad S. Hieronymum. Commiseram
Vtriq; inquit (Iudaeis & gentibus) debebat charitatem de-
corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Ac per hoc o-
mnibus omnia factus est, vt omnes lucrificeret non mentientis
astu, sed compatiens affectu, id est, non omnia mala hominum
fallaci-

vt contra ve-
nena est Ale-
xipharm. a-
cum, ita con-
tra peccatū
nō est vniuers
remedium.
Aliorum re-
fiores funā-
buli.

Ad aliorum
ingenia se
accommodat
Apostolus.

Commissera-
tio S. Pauli
erga errantes
peccatores
& quosuis
miseros.

fallaciter agendo, sed aliorum omnium malis omnibus, tunc si sua essent, misericordis medicina diligentia procurando. Hanc compatiens affectum, in ead. epist. ad Galat. precipit, dicens: preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos, qui spirituales, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis attendens teipsum & tu tenteris. Gal. 6. v. 1. Vide, si non dixit, fieri tanquam ut illum lucrificas. Non utiq; ut ipsum delictum fallaciter ageret, aut se id habere simularet: sed ut in alterius delicto, etiam sibi accidere posset, attenderet, atq; ita alteri tanquam bi de altero vellet, misericorditer subueniret: hoc est non mentis astu, sed compatiens affectu sic Iudeo, sic gentili, sic cubet homini Paulus in errore, vel peccato aliquo constituto, ut simulando, quod non erat, sed compatiendo, quia esse potius, tanquam qui se hominem cogitaret, omnibus omnia faceret, ut omnes lucrificaret.

§. Quod & epistola 9 ad eundem S. Hieron. D. Augustinus eleganti explanat similitudine cap. 4. Ista dixit Apostolus compatiens misericordie, non simulatione fallacia. Etenim tanquam agrotus, qui ministrat agrotis: non cum se febriliter mentitur, sed cum animo condolentis cogitat, quem etiam dum sibi ministrari vellet, si ipse agrotaret. Ergo hoc rotum dixit, non ut fallaciter se fingeret esse quod non erat, sed ut misericorditer eis ita subueniendum esse sentiret, ac si ipse in eodem errore laboraret, non sc. mentientis astu, sed compatiens affectu, sicut eo ipso generaliter intulit. Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrificarem 1. Corint. 9. v. 22. ut sequens conclusio omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrificarem, ad docendam intelligatur, ut cuiusque infirmitatem tanquam in ipso miseratus appareat. Non enim & cum diceret. Qui compatiatur, & ego non infirmor. 2. Corint. 11. versiculo 19. infirmitatem alterius simulasse potius, quam condoluisse, voluit intelligi.

§. Eandem personarum & ingeniorum rationem ut habueret, monuit Timotheum suum 1. epistola 5. v. 1. 2. Seniores increpaueris: sed obsecra ut patrem: iuvenes ut fratres: etiam

ut matres: iuenculas ut sorores in omni castitate.

Non tantum hoc probat, sed & commendat, & modum præscribit Optimus Pastor Sanctus Gregorius Magnus in Pastoralis suo Parte tertia, capitibus 36.

1. Aliter admonendi sunt viri quam fœminæ.
2. Aliter iuvenes ac senes.
3. Alio modo inopes atque locupletes.
4. Non perinde læti ac tristes.
5. Alio pacto subditi ac prælati.
6. Non eodem modo serui ac domini.
7. Secus sapientes ac hebetes.
8. Alia ratione impudentes quam verecundi.
9. Aliter proterui quam pusillanimes.
10. Aliter impatientes, aliter patientes.
11. Aliter beneuoli, aliter inuidi.
12. Aliter simplices, aliter impij.
13. Aliter incolumes, aliter ægri.
14. Aliter qui flagella metuunt, & ideo innocenter viuunt, atque aliter qui sic in iniquitatibus duruerunt, ut neque per flagella corrigantur.
15. Aliter nimis taciti, aliter multiloquio vacantes.
16. Aliter pigri, aliter præcipites.
17. Aliter mansueti, aliter iracundi.
18. Aliter humiles, aliter elati.
19. Aliter pertinaces, aliter constantes.
20. Aliter gulæ dediti, aliter abstinentes.
21. Aliter qui iam sua misericorditer tribuunt, aliter qui aliena adhuc rapere contendunt.
22. Aliter qui nec aliena appetunt, nec sua largiuntur, aliter qui & sua tribuunt, & tamen aliena rapiunt.

23. Ali-

23. Aliter pacati, aliter discordes.
24. Aliter seminantes iurgia, aliter pacifici.
25. Aliter qui sacrae legis verba non intelligunt recte, aliter qui recte quidem intelligunt, sed haec humiliter non loquuntur.
26. Aliter qui cum digne praedicare valeant, praemia humilitate formidant, aliter quos a praedicando imperfectio vel aetas prohibet, & tamen praecipitatio impellit.
27. Aliter qui in hoc quod temporaliter appetunt prosperantur, aliter qui ea quidem quae mundi sunt concupiscunt, sed tamen aduersitatis labore fatigantur.
28. Aliter coniugiis obligati, aliter liberi,
29. Aliter peccatorum carnis confesij, aliter ignari.
30. Aliter qui peccata deplorant operum, aliter cogitationum.
31. Aliter qui admissa deplangunt, nec tamen deserunt, aliter qui deserunt, nec tamen plangunt.
32. Aliter qui illicita quae faciunt, etiam laudant, aliter qui accusant prona, nec tamen deuitant.
33. Aliter qui repentina concupiscentia superantur, aliter qui in culpa ex consilio ligantur.
34. Aliter qui bona nec inchoant, aliter qui inchoata minime consummant.
35. Aliter qui mala occulte agunt, & bona publice, aliter qui bona, quae faciunt, abscondunt, & tamen quibusdam factis publice male de se opinari permittunt.

Quae omnia sanctissimus ille ac eruditissimus Ecclesiae Doctor singulatim explanat ad maximam animarum rectoris utilitatem, quae, quae so, permotum diligenter peruoluit, ego digitum in fontem tendi.

Quin & callidissimus ingeniorum propensionum

que

que explorator Damon, vt latentius & efficacius no-
ceat. S. Leo Magnus serm. 7. de Natiuitate Domini.

Quæ hoc Sacramentum mens comprehendere? quæ hanc grati-
am valet lingua narrare? redit in innocentiam iniquitas, & in ^{Quantum} ^{beneficium} ⁱⁿ ^{incarnatio}
nouitatem vetustas: in adoptionem veniunt alieni, & in here- ^{Filii Dei.}

ditatem ingrediuntur extranei. De impiis iusti, de auaris beni-
gni, de incontinentibus casti, de terrenis incipiunt esse cælestes.

Quæ autem est ista mutatio, nisi dextra excelsi? Psal. 77. v. 11.

Quoniam venit filius Dei dissoluere opera Diaboli: 1. Ioannis
3. v. 8. & ita se nobis, nos quoque, inseruit sibi, vt Dei ad huma-
na descensio fieret, hominis ad diuina prouectio. In hac autem

dilectissimi misericordia Dei, cuius erga nos magnitudinem ex-
plicare valemus, multa sollicitudine præcauendum est Christia-
nis, ne diabolicis iterum capiantur insidiis, & eisdem rursus,

quibus renunciauerant, erroribus implicentur. Non enim desi-
nit hostis antiquus, transfigurans se in Angelum lucis, deceptio-
num laqueos ubique præterdere, & vt quoquo modo fidem creden-

tium, corrumpat, instare. Nouit, cui adhibeat astus cupiditatis, ^{Damon mil-}
cui illecebras gule ingerat, cui apponat incitamenta luxurie, ^{le artifex.}

cui infundat virus inuidie. Nouit, quem mærore conturbat,
quem gaudio fallat, quem metu opprimat, quem admiratione

seducat, omnium discutit consuetudinem, ventilat curas, scru-
tatur affectus: & ibi causas querit nocendi, vbi quemque videret

studiosius occupari. Habet etenim multos ex eis, quos tenacius ^{Damonis sa-}
obligauit, aptos suis artibus, quare ad alios decipiendos & inge- ^{telles &}
nis vtatur & linguis. Et tales plerumque ipsis sunt Di- ^{administri.}

abolis nocentiores.

§. Hoc vel inuitus ostendit factio Diabolus: Nam ^{Pharmaca}
vt est in vitis SS. Patrum, B. Abbas Macarius vidit Sa- ^{non vendas}
athanam instar Pharmacopæi variis instructum pixidi- ^{pharmaco-}
bus & ampullis, & ad suos pergentem fratres, vt si cui ^{pola mihi.}

minus vnum adlubesceret venenum, fumeret aliud,
superbiæ, luxuriæ, iracundiæ, inuidentiæ, & id genus

aliorum vitiorum. Quod ergo perditus demon co-
natur ad perdendos homines, hoc nos seruati à Chri-

sto,

sto enitatur ad seruandos homines, sic ars deludimur
arte bona scil. mala. Non circumueniamur à Satana, non
enim ignoramus cogitationes eius, 2. Cor. 2. v. 11.

CAPVT LXIII.

ECCLESIASTICVS SVÆ SIT

fama curator.

§. **F**Amam quæ est illa dignitatis status legibus
moribus comprobatus, bonam, & præclarum
existimationem & habere & conseruare, & augete
tantur, formidentque & caueant amittere. Oportet
ait Apostolus 1. Timoth. 3. versic. 7. autem & illum
monium (bonæ vitæ) habere ab illis, qui foris sunt (ab
Ethnicis ne illi pristina opprobent peccata) ut non in
probrium (infamiam) incidat (fiatque commune pro
brium) & in laqueum Diaboli (ut illius ignominia qui
laqueo Diabolus partim fideles, partim infideles in
triat, eosq; & à Sacerdote & religione auertat. De
Apostoli loco Orig. hom. 6. in Leuit. & habetur 8. q.
cap. 15. Licet. Requiritur ergo in ordinando Sacerdote
li presentia, ut sciant homines, & certi sint, quod qui præ
tior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in
virtute eminentior, ille eligatur ad sacerdotium & hoc attes
te populo, ne qua postmodum retractatio cuiquam ne qui
pulus resideret. Hoc est, quod & Apostolus præcipit in ordina
one Sacerdotis, dicens: Oportet autem illum & testimonium
habere bonum ab iis, qui foris sunt. Quocirca & S. Timo
theum 1. epist. 5. vers. 22. à se ordinatum Episcopum hortatur
Apostolus ne temere & inconsideratè Clericos consecraret. Mem
inquit epist. 1. c. 5. v. 22. cito nemini imposueris, neq; commu
caueris peccatis alienis. Quam Apostoli sententiam explanat
S. Leo epist. 85. & dist. 61. c. Miramur. Quid est, ait, maius
imponere, nisi ante etatem maturitatis, ante tempus examina
ante meritum obediētiae, ante experientiam disciplina, Sacerdo
talem honorem tribuere non probatis? Et, quid communitat
peccatis alienis, nisi talem effici ordinantem, qualis ille est, qui